

stologico Leus veritatis, juxta divinam suam sapientiam lo-  
cum attribuit; tum propter primitivum statum, quia Prot-  
Evangelium primitivum est omnis revelationis Evange-  
licæ de Christo testimonium; Primum ipsius Iebovæ E-  
lobim de Messia vaticinium immediatum Evangelicæ Chri-  
stologias præconium, omnis Evangelicæ vel Christologice  
prædictionis præconium primitivum, omnium Vaticinio-  
rum Christologicorum initium &c.; tum propter primi-  
tivum respectum, qvia nullum ante se Compendium prius  
in Scriptura vel revelationum divinarum Archivo respicit,  
aut respicere potest, dum in capite primo & secundo Ge-  
neseos nullum aliud invenitur, & capite III. statim post  
lapsum hoc primum ordine conseqvitur; & conseqventer  
omnia totius Scripturæ seqventia testimonia, vel oracu-  
la tum apud Prophetas, tum apud alios viros Θεοπνέους  
tanquam derivata Prot-Evangelium, tanquam primitivum  
suum initium & Cardinalem suum ortum jure consecutionis re-  
spiciant; tum propter primitivum usum, quia reliqua cuncta  
tam V. tam N. Testamenti Christologias compendia non  
aliunde, quam ex Prot-Evangelio pendeant, & inde suam  
originem, veritatem, certitudinem, firmitatem, & alia cuncta  
convenienter possideant, & salutarem suum usum obtine-  
ant, & ad qvem plurimos salutares usus in Ecclesia trans-  
ferant & transmittant. Sic igitur cuncta Scripturæ totius  
Oracula nullum aliud primitivum Christologias salutiferæ  
fundamentum præter ipsum Prot-Evangelium agnoscunt,  
qua ratione jure primitivum fundamentum appellatur.

### §. VII.

Tertio Axioma primitivæ veritatis, auctoritatis & sublimitatis,  
qua ratione jure dicitur Authenticum ipsius Iebovæ Compendium.  
Varia siquidem in Ecclesia dantur Christologias salutiferae  
Compendia, qualia sunt Compendia Theologica, vel priva-  
torum Doctorum, Compendia Ecclesiastica, vel Symbolica, qvæ pu-  
blico